



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De his qui tenentur dicere horas canonicas. c. 76

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**De horis canoniciis**

**C**Quare diuersimode horae incipiunt. Cap. 75.

**E**t est notandum, quia contingit peccare tripliciter, scilicet  
corde, ore, et opere. Ideo tribus modis diuersis incipiuntur horae. Et matutine quidem per Dominum labia mea aperies. Completorum per Conuerte nos Deus salutaris noster. Alio horae per medium, scilicet Deus in adiutorium meum intende. **D**ominus labia dicimus contra peccata oris. Deus adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, contra peccata cordis. **S**ed quia in peccato cordis et oris est aliquid operis, ideo per omnes horas diei dicimus, Deus in adiutorium, eueni in matutinis dicens prius, Deus in adiutorium, et postea, Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dicitur Joan. 15. Sine me nihil potestis sacerdos et habetur transemptus. 26. q. 1. c. **E**piscopi corum. **H**ymini qui dicuntur ad horas diei, significant laudem. **P**salmini, qui similiter dicuntur ad horas, significant bonam et diuinam operationem. **A**ntiphone significant charitatis copulam. **C**apitula, exhortationem boni operis, seu diuinam. **R**esponsoria significant bona opera. **C**lerisci significant fructus. **O**ratione, significat misericordiam Dei, que precepit, et subsequitur hominem in bonis operibus.

**C**Debis qui tenentur dicere horas canonicas. Cap. 76.

**E**t nota quod sacerdos promotus ad sacros ordines, vel huius beneficium ecclesiasticum, tenetur ad istas septem horas dicendas, ut probatur, 91. dist. c. presbyter. et de apostatis. ca. 1. Et hoc verum est, nisi sint infirmi, nam tunc excusat. ar. 91. dist. ca. clericus victum. Et ex hoc primum non debet immiscere horas sub una oculo, sicut aliqui faciunt male: sed singulas dicant disiuncte. Debet autem clericus horas reddere in ecclesia, si potest, iuxta dictum Psalmista. In ecclesia benedic dominum: alias reddat ubi honeste et comode poterit. Debent enim se conformare clerici iuncta modus et ordines officiandi sue ecclesie cathedralis. De conse. dist. 2. **I**nstitutio. 12. dist. de his. **O**fficium vero mortuorum pretermitti non debet: nisi dies solemnis impediret: ut extra de celeb. miss. ca. quidam enim. Est ratio, quia quicquid possemus ex mortuis habuimus.

**C**Quibus

Tria ex  
sacris  
canoni-  
b. sunt  
acce-  
pta, que  
ligat ad  
divina  
officia  
hos, Ordo,  
benefi-  
ciū, &  
solēnis  
religio-  
fōrū p-  
fessio.